

Sanguis in augustis venis existens circa ce-
lebrum est subtilis et purus: et de facili passi-
bilis: quare indiget extrinseco adiutorio ad
barum passionum frigiditatem temperandam.

Propositiones vniuersales aristo-
telis ex libro de memoria et remiscencia
Memoria est futurorum nec presentium
sed est preteritorum tantum. unde sensus
est presentium opinio spes futurorum. memo-
ria preteritorum.

Omnis memoria est post aliquod tempus.

Intelligere non contingit sine fantasmate.

Memoria inest primo sensitiuo.

Memoria est intelligibilium non tamen sine fantasmate.

Memoria non est in hiis que sunt in multo mota

Meditationes memoriam seruant. in remin-
scendo

Meditari est speculari aliquid multotiens: non
secundum se: sed ut imago alicuius.

Quedam semel videtes magis memoramur
quam alia multotiens.

Omnis remiscencia fit vel a contrario: vel a
simili: vel ab arte.

Confectudo est tanquam natura altera.

Remiscencia tantum dominibus inest. sed
memoria inest multis aliis animalibus.

Queri et multi senes sunt imemores: propter
nimium motum accidentem corporibus eorum

Memoria est alicuius apprehensio sensu vel in
tellectu: iterata resumptio.

Remiscencia non est aliquid primo addiscere
Remiscencia est resumptio memorie et acce-
ptio eius.

Remiscisci non est memorari. non tamen est si-
ne memorari.

Commentatoris.
Quatuor sunt potentie sensitiue interio-
res. scilicet sensus communis: imaginatio siue
fantasia quod idem est. estimatiua que in ho-
minibus dicitur cogitativa. et memoratiua:
sensus communis et imaginatio est in anteriori
parte cerebri. estimatiua in medio. memoria
vero in posteriori parte.

Propositiones vniuersales aris-
telis ex libro de somno et vigilia.

Dius est potentia eius est actus.

Quorundamque est aliquid opus sine na-
tura: cum exceperint tempus in quo possint

aliquid facere necesse est eos languescere et il-
lud non facere.

Somnus est in potentia sentiendi propter excessum
vigilandi.

Necesse est omne quod vigilat dormire.

Somnus est ligamentum omnium sensuum.

Vigilia est se lutio sensuum.

Somnus est requies data animalibus propter
salutem eorum.

Somnus simulatur epilepsie. id est morbo caduco

Omnia animalia sanguinolenta habent cor.

Cor est principium sensuum et motus in animali.

Nutrientium vltimum omnium sanguinem habet
tibus est sanguis a natura.

Locus sanguinis sunt vene.

Cor est principium venarum

Somnus causatur ex vaporazione cibi. que va-
dit ad cerebrum et infrigidata descendit et fit
somnus: unde post cibum forte sunt somni.

Somnus non est quilibet in potentia sentiendi.

Vinum bibere non conuenit pueris nec nu-
tricibus eorum. quia nihil differt pueros vinum
bibere et nutrices.

Primum eorum que in corpore sunt frigidif-
simum est cerebrum.

In somno fit propulsio caloris ad interiora ani-
malis: unde superiora membra et exteriora
in somno sunt frigida: interiora vero et in-
feriora sunt calida.

Animalia magis nutriuntur: et augmentantur
dormiendo quam vigilando.

Abeuntibus sensibilibus remanent species in
organo sentiendi.

Vitus non solum patitur a visibili sed etiam agra-
uerum est per accidens. scilicet ratione vaporis
in videndo ab oculo exeuris.

In speculis valde puris: si mulieres menstruo
se superuenientes inspicunt in superficie spe-
culi fit nubes sanguinea: et si nonum est specu-
lum: non facile est abstergere maculam huius
modi si vero vetus facile est.

Purum quicquid acceperit cito demonstrat.
Delectatio maior expellit minorem.

Principia omnium parua sunt unde principia
egregitum parua sunt primo.

Somnia apparent dormiendo et non vigilando.

Aliquando sunt somnia falsa aliquando recta.

Inabentibus sanguine: amisso sanguine ad

singula membra species reseruate faciunt valida somnia.

Somnium est fantasma quoddam in somno. Nulla que apparent dormiendo intellecta sunt somnia.

Quidam medici experiri dicunt quod valde oportet intendere somnia.

Quedam somnia sunt signa, quedam cause, quedam accidentia futurorum.

Somnia non sunt missa a deo quia alia animalia somniant.

Magis preuidetur fatui futura quam alii: quia eorum memoria non est occupata circa presentia.

Multa consilia et preuisa que fieri expediebat dissoluta sunt sepe propter digniore inchoat des.

Noctes silentiores sunt quam dies. Aer noctis magis est quietus quam aer diei.

Si deus emitteret somnia cernerent sapientibus in die.

Melancolici maxime vera somniant. Meteorum notiores sunt motus.

Non maxime de se inuicem solliciti sunt. Non omne futurum de necessitate cucnit.

Commentatoris.

Humo est medius inter somnum et vigiliam et non declinat ad vnum plus quam ad aliud.

Somnus fit per recessum calorum naturalium et contractionem eius vel eorum ad cor.

Nullus homo est qui vidit somnium quod non annunciat sibi aliquod futurum.

Famosum secundum totum non est saluum. Vulgus dicit quod somnia sunt ab angelis: diuinationes a demonibus: prophetie vero a deo.

Heteres diuersificantur duobus modis. vno modo naturaliter secundum virtutes eorum et secundum vicia eis propria in suis regionibus. secundum modo secundum leges suas secundum quas receperunt fidem a natiuitate ab angelis et demonibus.

Ex lib. aristotelis de causa longitudo et breuitatis vite.

Entes que in calidis regionibus sunt longioris sunt vite: quam que in frigidis sunt.

Corruptis animalibus corrumpitur scientia: et sanitas que in eis sunt.

Anima non est in corpore sicut scientia in anima.

ideo anima solum corrumpitur corrupto corpore. Quicquid corrumpitur pro se a contrario corrumpitur.

Quod per se est corruptibile non potest in aliquo loco fuerit incorruptibile.

Impossibile est habenti materiam non existere contrarium.

Minor flamma corrumpitur a maiori per accidens. quia alimentum quod illa consumit in multo tempore: hoc maior flamma in paruo consumit tempore.

Omnia generabilia et corruptibilia semper sunt in motu.

Longissime vite animalium sunt homo et elephas. Locus continens rem vel cooperatur ad generationem et conseruationem rei. vel ad contrariam operationem rei.

Eterna nulli sunt contraria. Vita animalis stat per calidum et humidum.

Senectus est frigida et siccata. Labor exsiccata et senium inducit. vnde multi laborantes senescunt magis.

Animalia multas coeunt cito senescunt. quia sperma est superfluum nutrimenti. et amplius quam sustineri possit emissum exsiccata et propter hoc mulus est longioris vite quam equus et asinus ex quibus fit: quia ipse non generat.

Masculi si non coeunt fiunt naturaliter sunt longioribus vite quam femine: quia masculus calidior est femina. sed si masculi coeunt iunguntur breuioris vite sunt quam femine.

Commentatoris.

Complexio iuueni calida est et humida senum vero frigida et siccata.

Qui multum coeunt parum viuunt vnde castrati plus viuunt quam non castrati.

Propter paucitatem coitus plus viuunt mulus quam equus et femine quam masculi.

Qui habitant in regionibus calidis et humidis sunt longioris vite per accidens. scilicet propter paucitatem purificationes.

Ex lib. aristotelis de iuuentute et senectute.

Drum in homine est simile cum sursum in toto vniuerso.

Cor primum fit in animali vnde ipsum est primum viuens et vltimum moriens.

Principium corporis vel sensus est in corde. Locus medicus est locus principalis.